

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1957

476 - Freiburg 1318 Juni 8: Die Johanniter zu Freiburg verkaufen in größter Not ihren vom Kloster Murbach lehenbaren Hof zu Schliengen mit Ausnahme des Kirchenpatronats um 500 Mark Silber an das ...

[urn:nbn:de:bsz:31-70578](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-70578)

Or. Karlsruhe GLA: 23/13. Stadtsiegel IV an Leinenstreifen.

Geschrieben vom Schreiber FE. Starkes Pergament.

Zur Provenienz: Die Urkunde ging an das Kloster Günterstal über. Laut Rückvermerk (16. Jh.) wurde der Zins abgelöst. Der Hof ist als Blagebenhof bezeichnet.

5

476

Freiburg 1318 Juni 8

Die Johanniter zu Freiburg verkaufen in größter Not ihren vom Kloster Murbach lehenbaren Hof zu Schliengen mit Ausnahme des Kirchenpatronats um 500 Mark Silber an das Kloster Königsfelden.

Abschr. (14. Jh.) Staatsarchiv Aarau: Königsfelder Kopialbuch I Bl. 62^v 10 n. CII. Randvermerke (16. Jh.): Ist verkoufft gan Rinfelden¹ — Dise zusammenbunden copyen sind hinfur unnutz, dann die gülden, darumb sy wysen, sind verkoufft worden.

Reg. Neugart CDA. 2, 395 n. MXCV ex miscell. Helvet. msc. 4 L. B. de Zurlauben p. 73; Bader ZGORh. 15, 254. Bei A. Gatrio, die Abtei Murbach 15 (Straßburg 1895) ist dieser Verkauf nicht erwähnt.

In nomine domini amen. Nos frater Uolricus de Rechberg comendator et fratres ordinis hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani domus friburgensis Constantiensis dyocesis ad universorum tam presentium quam futurorum noticiam presentibus volumus pervenire, quod, cum predicta domus nostra gravibus debitorum oneribus esset multipliciter onerata et occasione eorundem debitorum sub usuris ob inevitabilem necessitatem eiusdem domus nostre receptorum adeo magna dampna nobis et ipsi domui nostre accrescant cottidie, quod, nisi eidem domui nostre in hiis celeriter succurratur, quod sine omni dubio verisimiliter ipsa domus perpetuum incurret dispendium et periculum ex voragine usurarum, nos hiis consideratis et cum nostro superiore, videlicet religioso viro fratre Hermanno de Hachberg preceptore domorum dicti hospitalis Sancti Johannis superioris Alemanie generali, prehabitis consilio tractatu et deliberatione matura non solum semel sed pluries videbatur nobis pro utilitate et commodo inevitabili nichilominus adhoc necessitate urgente consultius et minus dampnosum infrascriptum inire et celebrare contractum, quam, quod ipsa domus nostra irrecuperabilia dampna et dispendia occasione debitorum predictorum sustineat et incurrat. Potissime cum ipsius domus nostre res mobiles ad solutionem predictorum non suppetant nec sufficiant debitorum, horum itaque contemplatione et consideratione de communi et concordi nostro consensu ac eciam de scitu voluntate et auctoritate predicti nostri superioris iusto et legitimo vendicionis titulo vendidimus et tradidimus et presentibus vendimus

476 ¹ Vgl. Krieger TW. 2, 857.

et tradimus ac nos vendidisse et tradidisse presentibus confitemur religiosis dominabus . . abbatisse et conventui monasterii de Kýngsuelt ordinis Sancte Clare dicte Constantiensis dyocesis curtim nostram in Sliengen eiusdem Constantiensis dyocesis ad monasterium Morbacense ordinis Sancti Benedicti Basiliensis dyocesis iure proprietatis sive directi domini pertinentem, quam hactenus ab eodem monasterio Morbacensi in emphyteosim habuimus et possedimus pro annuo censu quatuor librarum cere ipsi monasterio in festo beati Leodegarii exsolvendo et apud Morbacum annis singulis presentando. Vendidimus inquam et tradidimus eandem curtim cum omnibus suis iuribus utilitatibus obventionibus et pertinentiis universis, iurepatronatus ecclesie^a de Sliengen prefate curti annexo dumtaxat excepto, quod nos ab ipsa curti cum omnibus fructibus decimis proventibus iuribus et quibuscumque obventionibus ad dictam ecclesiam in Sliengen spectantibus, que et quos rectores ipsius ecclesie retroactis temporibus ratione eiusdem ecclesie perceperunt et percipere consueverunt, excepimus ac nobis et domui nostre predictae et nostris successoribus expresse et ex certa sciencia reservavimus et tenore presencium excipimus et reservamus, pro quingentis marcis boni et legalis argenti ponderis friburgensis. Recognoscentes presentibus, nos eandem summam quingentarum marcarum argenti sub debita bonitate et legalitate ac sub dicto pondere a prefatis dominabus . . abbatissa et conventu monasterii de Kýngsuelt nomine suo et eiusdem sui monasterii integraliter recepisse nobisque solutam esse et traditam ac in solutum debitorum domus nostre predictae et utilitatem ex scitu et ordinatione prefati nostri superioris plenarie convertisse. Et nos prefatam curtim venditam cum omnibus suis iuribus utilitatibus obventionibus et pertinentiis et nichilominus cum decimis ipsi curti pertinentibus et cum omni iure et utilitate, que et quas quondam pie memorie Johannes dictus Snewelin miles de Friburgo eo tempore, quo dictam curtim possidebat habuit et ratione eiusdem curtis recepit et recipere consuevit, a quo quidem milite eadem curtis ad nos et domum nostram predictam nomine permutationis facte de castro tunc nostro Landegge pro ipsa curti extitit devoluta, dicto iure patronatus ut supra excepto et nobis reservato, cedentes resignantes et in dictum monasterium de Kýngsuelt presentibus libere transferentes, dedimus et damus per presentes prefatis . . abbatisse et conventui monasterii de Kýngsuelt facultatem et liberam potestatem dictam curtim cum omnibus suis iuribus decimis utilitatibus obventionibus et pertinentiis universis, iure patronatus cum decimis fructibus ac omnibus obventionibus dicte ecclesie in Sliengen excepto et nobis et nostre domui predictae, ut premittitur, reservato, nanciscendi et adipiscendi ac possessionem eiusdem curtis et pertinentiarum eiusdem apprehendendi per se vel alium seu alios nomine earundem ac sui monasterii et auctoritate propria subintrandi, item eandem curtim cum suis pertinentiis ut supra exnunc inantea habendi tenendi possidendi et de ipsa ordinandi faciendi et disponendi, prout ipsis videbitur ex-

476 ^a -sis *verschrieben in der Abschrift*

pedire. Preterea promissimus et presentibus promittimus bona fide dictum contractum ratum habere perpetuo atque firmum nec contra ipsum quovis modo per nos aut interpositam seu interpositas personas clam vel palam facere vel venire nec contravenientibus aut contravenire volentibus aliququaliter consentire; item predictis . . . abbatisse et conventui monasterii de Kóngsuelt et earum 5 successoribus cavere de evictione dicte curtis iurium et pertinenciarum eiusdem et in causa evictionis contra quascumque personas capitula collegia conventus aut universitates ab eisdem dictam curtim evincere aut aliquod ius inconsuetum et hactenus non habitum in eadem in quemcumque eventum sibi usurpare volentes eisdem fideliter et efficaciter assistere et prestare, quando- 10 cumque et quocienscumque opus fuerit, debitam et legitimam warandiam, ad hec et eorum quodlibet ac ipsorum inviolabilem observanciam nos et domum nostram ac nostros successores firmiter astringendo. Ceterum ad uberiores securitatem et securiorem cautelam religiosos viros fratres Marquardum in Hohenrein et Rüd[olfum] in Klingenöwe domorum dicti hospitalis Sancti Johannis 15 commendatores vice et loco earundem domorum suarum nostros in solidum super prestatione predicte warandie constituimus conwarandos, ita videlicet, quod ipsi commendatores sub ypotheca et obligacione earundem domorum et omnium bonorum ipsarum sint una nobiscum in solidum conwarandi. Renunciantes nichilominus presentibus expresse de hiis certificati exceptione doli 20 mali, non solute, non tradite, non numerate pecunie, non recepti non ponderati argenti, decepcionis ultra dimidium iusti precii, beneficio restitutionis in integrum, actioni in factum, constit[utione] hoc ius porrectum, litteris et privilegiis ubilibet impetratis et inpetrandis ac omni iuri et iuris auxilio canonici civilis consuetudinarii et municipalis scripti et non scripti universisque eccepcionibus 25 et defensionibus tam iuris quam facti et specialiter iuri dicenti generalem renunciacionem non valere, quibus dictus contractus in toto aut in parte cassari posset aut quomodolibet in irritum revocari. In cuius rei memoriam et testimonium omnium premissorum sigilla nostra, videlicet commendatoris et fratrum domus friburgensis predicte, presentibus duximus appendenda. Et nos frater 30 Marquardus commendator domus in Hohenrein et frater Rüd[olfus] commendator domus in Klingenöwe predicti vice et loco domorum nostrarum earundem ad prestacionem warandie^b predicte curtis vendite et pertinenciarum eiusdem ac nostros successores in eisdem domibus ac ipsas domos tamquam conwarandos una cum predictis . . . commendatore et fratribus domus friburgensis predicte 35 presentibus inviolabiliter obligamus, in eorundem evidenciam sigilla nostra una cum sigillis earundem domorum nostrarum hiis litteris appendentes. Nos quoque frater Hermannus de Hachperg preceptor domorum prefati hospitalis Sancti Johannis superioris Alamanie generalis tenore presencium recognoscimus, predictum contractum in omnem modum premissum de nostro scitu consilio volun- 40 tate et auctoritate utpote dicte domui friburgensi utilem et proficuum ac summe

necessarium fore celebratum, et eundem contractum tamquam legitime factum ratificamus et presentibus approbamus coappendentes sigillum nostrum huic instrumento in robur et testimonium omnium premissorum. Datum Friburgi dicte Constantiensis dyocesis anno domini M^oCCC^o decimo octavo feria quinta
5 proxima ante festum pentecostes³.

477

Freiburg 1318 Juni 27

Abt Dietmar von St. Märgen, brüder Johannes von Valkenstein comendúr uñ die brüdere gemeinliche unserre fröwen Sante Mariun ordens der Tütschen brüder ordens des huses ze Friburg in Brisgôwe und Sneweli hern Johannes Snewe-
10 lins seligen sun uñ Johannes Kolman von Friburg und die Leute der Gebursamen der Dörfer Waltershofen, Merdingen, Harthausen und Wasenweiler tun kund, daß sie in ihrem Streit um das Rieth zwischen Ihringen, Gottenheim, Wasenweiler und Merdingen lieplich uñ gütlich auf 13 Männer von Ihringen, Gündlingen, Gottenheim, Bötzingen und Schaffhausen und auf 4 Männer den 13 ze rate uñ ze helfern
15 den undergang ze wisende uñ ze lerende bescheidenliche bi iren eiden übereinkamen. Es nahmen die von Merdingen Cünraten Rüblin den müller uñ Heinrichen den zehender von Wasenwiller und die von Wasenwiller Johannesen den voget, dem man spricht von Hérinkhein, uñ Johannesen den Carrer von Merdingen. Wie die 13 nach Rat der 4 das Rieth undergangen uñ unterscheiden, das
20 sollen sie halten. Die 13 sind: von Vringen Cünrat der schultheisse uñ Cünrat der winman uñ von Gündelingen Burcart der Ebringer, Uolrich der Harthuser, Johannes der Glaser uñ Wernher der Lister uñ von Gottenheim Gerung Búti, Berhtolt der Isenin, Cünrat der Kúniger uñ Gütliop der voget uñ von Bezzingen Wernher von Elza uñ von Schafhusen Herman der meiger uñ Heinrich Vögelli
25 Diese 13 haben mit Rat der 4 das Ried undergangen usgerrihtet uñ unterscheiden bei ihren geschworenen Eiden, also dú lachen nu gemacht uñ gesezzet sint, dú uf dem selben Riethe stant. Uñ swas der rietes ennunt den lachenen gegen Wasenwiller ist, das súllen die von Wasenwiller uñ alle ir nahkomenden ewecliche haben uñ niessen ane mengeliches irrunge ane alle geverde uñ swas des rietes
30 disunt den lachenen wider Merdingen ist, das súllen die von Waltersshouen uñ die von Merdingen uñ die von Harthausen uñ alle ir nahkomenden öch ewecliche haben. Diesen Untergang gelobendie Aussteller zu halten. Rechtsverzicht. Mit den Siegeln ihrer Herren begnügen sich die Gebursamen mangels eigener Siegel. Zeugen von Freiburg: her Cünrat Dietrich Sneweli ein ritter, her Burcart von Tottinkouen, Wernher der
35 Niener, Berhtolt von Cölne; von Breisach: Rúdeger von Munzenhein, Vácheli; von Wasenweiler: Clawes der voget. Gegeben zu Freiburg 1318 an dem nehsten cistage nach sante Johannes des tófers tage ze súngihten.

476 ³ Diesen Verkauf bestätigt auf Bitten von Äbtissin und Konvent von Königsfelden Bischof Rudolf von Konstanz am 15. Oktober 1324. Abschr. (14. Jh.) ebenda Bl. 64 v. REpConst. n. 4015.

40